

enim postremam epistole tue partem legerem, que omnem veri
 amoris suavitate redolet ^(a), tanta sum profusus alacritate ut vix
 ipse mecum constiterim. non quidem quod accessisse quicquam
 amicitie nostre arbitrarer, aut ego nunc primum nosse te cepissem
 5 quanti esses quamque me diligeres ^(b), sed quod cogitarem qualis
 futura esset vita illa inter nos ad quam me vocas quamque spero,
 nisi celum adversum sit, propediem nobis exigendam; michi qui-
 dem, dum animo illam complector, nichil videri potest tranquil-
 lius, nichil suavius. erit voluntas eadem, que semper una fuit,
 10 affectus par, communia studia, commenta solatia, cure mutue me-
 stitueque, voluptates ^(c) et denique omnia inter nos communiter fient.
 quod si futurum est aliquando, cuius pene michi certa ^(d) spes est,
 consequar quod summum in vita desidero; si minus, hoc ipsum
 sperare tamen et vitam hanc effingere magna michi pars est vo-
 15 luptatis. intelligo autem impleri nunc non posse hoc commune
 desiderium sine magna studiorum existimationisque iactura. etsi
 enim apud vos sit vir doctissimus dominus Bartholomeus de Saliceto,
 a quo et civilis iuris doctrinam et commentarios a se factos,
 quos explicat, accipere possem, magna tamen bene discendi pars
 20 est habere multos, cum quibus de communibus studiis conferre
 possis. crescit enim ex contentione animus augeturque ut in ce-
 teris rebus evenire solet, ex collatione fervor studiorum, quando
 quisque inter equales suos excellere et clarus haberi contendit.
 cuius rei inopia penes vos est, a quibusdam civibus tuis indoctis
 25 et vere imprudentibus effecta; penes nos vero eiusdem copia ^(e).
 deinde quando in medio studiorum sum, si quid aggredierer nove
 rei, inconstans haberi possem et facilis animi. quod vitium [ut] et
 abesse a me semper, ita et ne ^(f) minima quidem suspicione con-

che lo ha colmato d'allegrezza.

Niuna cosa infatti potrebbe essergli più dolce di quella vita comune a cui Aldovrandino lo invita;

piaccia al cielo che possa avverarsi un giorno.

Che così sarà, n'è quasi sicuro; il solo immaginarlo gli è motivo di gioia.

Però, il lasciar Padova adesso gli arrecherebbe gran danno, sia per i suoi studi, sia per la stima che altri gli serba.

Certo, a Ferrara potrebbe giovargli dell'insegnamento di Bartolomeo da Saliceto; ma gli verrebbe a mancare la possibilità di perfezionarsi attraverso dispute e discussioni con i suoi coetanei;

e ciò a differenza di quanto si ha a Padova.

Nè vorrebbe esser tacciato di leggerezza, interrompendo il corso dei suoi studi;

(a) B reddoleat (b) Codd. diligereis (c) Codd. mutue, mesteque voluptates PM c. 94 b suppose mixte (d) B certe (e) Codd. vero decus copia PM suppose eiusdem copia (f) P vitium et abest a me semper, ita et ne

Bolognese a Venezia, dove perorò la causa di Francesco Novello, allora in procinto d'attraversare il territorio della Repubblica alla volta di Padova dal Friuli. Dal 1398 al 1399 lo troviamo di nuovo a Bologna; poi tornò

per due anni a Padova, ov'era ascritto al collegio dei dottori giuristi, e morì in patria dopo il 1400 (cf. GATARI, *Cronaca Carrarese* cit., p. 401 e nota; DALLARI, *I Rotuli* cit., vol. IV, passim; GLORIA, *Monumenti* cit., vol. II, § 327 sgg.).